



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLIIIX. De Compascuo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

solum favorabili, sed etiam odiosa & poenali at-
tenditur. l. in vulgari 162. §. 1. ibi: sed vulgi de-
v. s. l. ut Alphens 87. & l. Amiculus 134. cod.
Gail. lib. 2. obs. 79. n. 5. Siquidem ex communi
loquendi usu verba sunt audienda, l. 7. ubi Bart.
ff. de supell. leg. Et omnis interpretatio merito
frustra & absurda habetur, quæ non consonat, ut
vulgo loquuntur. cap. ex litteris 7. extra de spon-
sal. Cephal. Consil. 40. n. 51. Interim tamen iste
non est potior, quam propria verborum signifi-
catio, ut multis probat Bart. in rub. de fund. in-
stru. in 7. col. Non enim communis usus lo-
quendi est propria significatio: nisi idem sit cum
propria significatione, tunc enim nihil repugnat,
Engelhard. de Vestigal. th. 4. f. 34. Conf. Argent.
consil. 82. n. 10.

CAP. XLVI.

De Communi Opinione.

vid. infra Opinio.

Axioma I.

Scholarum est, communes opiniones impu-
gnare & sectari subtilitates: at fori, communes
opiniones tenere, Coraf. de comm. opin. n. 74.

II.

Communiū opinionum conciliationes, quam-
vis apud Dd. valde sint favorabiles, ut videre est
apud Menoch. 2. præsumpt. 71. n. 47. Grex. 2.
concl. 27. consil. 2. n. 5. & 6. tamen plerumque
sophisticæ sunt & fallaces, ut eas appellat Ho-
toman. qq. illustr. 43. quippe æquæ incertæ, at-
que id cui conciliando adhibentur: ut not. Vigel.
in method. & nat. jur. contr. col. 3. & evenire hic
solet, quod sæpe aliās, ut, quod subtiliores pra-
ctici videri volunt, eo se præbeant ineptiores, ut
ait Ant. Fab. decad. 11. error. primum 7.

CAP. XLVII.

De Comparatione, Com-
parativo, Positivo.

Axioma I.

Comparatio debet fieri in ima specie Ari-
stot. 7. Phys. 4. text. 29. & μέγα δὲ τὰ ζῷα βλη-
τα μὴ ὁμοῖον εἶναι, ἀλλὰ καὶ μὴ ἔχειν
διαφορὰν μῆτε ὁ, μῆτε ἐν ᾧ. i. o. Non solum
ea, quæ comparantur, non æquivoca esse
oportet, sed etiam nec id quod est, nec in quo
inest differentiam habere, (seu specie differre)
oportet. siue Comparatio non debet extendi
ultra tertium, ad quod adhibetur. Gerhard. in
loc. de Conjug. 10. §. 195.

II.

Positivum sæpe rem per se excellentem signifi-
cat absolute talem, qualem vocabulum decla-
rat, quo casu positivum etiam plus significat,
quam superlativus: cum superlativus tantum ex
comparatione significet; comparativum autem
possit esse certo ordine & gradu limitatum. vid.
omnino & laud. Scal. lib. 4. de caus. LL. c. 101.

III.

Comparativus semper & ubique includit.

positivum. arg. l. ubi autem. 75. §. 2. de V. O. l. 9.
de in lit. jur. Bart. in l. cum filius. 76. §. pater. 5.
ff. de legat. 2. Sicul. decif. 65. n. 8. 12. 13. Agric. de
offic. advoc. c. 23. q. 90.

CAP. XLIX.
De Compascuo.

Quodcunque Juris est in precario, idem juris
est in compascuo.

Ratio: quia compascuum est mutuum preca-
rium, quod jure familiaritatis conceditur.

Exemplum: hinc igitur compascuum ab unâ
sive alterâ parte poterit pro lubitu revocari.
Carpz. P. 2. C. 41. def. 9. hinc quoque non potest
præscribi: sicut enim precarium nulli possessioni
jus tribuit, ita nec compascuum. Carpz. P. 2.
C. 5. def. 14. seq.

De Compendio. v. supra Brevitas.
& infra lib. 14. c. 39. axiom. 1.

CAP. XLIX.

De Compensatione.

Axioma I.

Delicta paria mutua compensatione tollun-
tur. l. 39. l. 47. ff. solut. matrim. Compensatio
enim latissime patet, omnemque causam com-
plectitur. Imp. Just. in l. ult. C. de compens. l. cum
par. 154. ibique Ravard. de divers. regul. juris.

Limita tamen, quia compensatio rerum tan-
tum est debiti & crediti inter se contributio. l. 1.
de compens. Ideo hætenus tantum ex delictis
venit compensatio, quatenus pecuniariter inter-
est. l. 10. §. quotiens de compens. Hinc qui se mu-
tuo deceperunt, invicem non agunt. l. 36. de dol.
D. Franz. in parat. de compensat.

II.

Quoties utrinque debetur species, toties nul-
lus compensationi locus. l. 18. ff. de pign.
action.

Ratio: Compensatio est quædam solutio. l. 4.
ff. qui pot. in pign. aliud autem pro alio solvi
nequit invito. l. 2. §. 1. ff. de reb. Cred. ergo nec
compensari ob affectum, qui circa species præ-
tendi potest, & probabile interesse.

Exemplum: ita ergo si ab una parte debeatur
equus, ab aliâ etiam equus vel bos, compensatio
locum non habet. Idem, si ab unâ parte species,
e.g. servus, ab alterâ vero quantitas, v.g. pecu-
nia, vinum, &c. debeatur.

Limita: nisi species redacta sit ad modum
quantitatis, ut si ei æstimatio adjecta. Hinc

III.

Quoties speciei æstimatio adjecta, toties locus
est compensationi.

Ratio: quia æstimatio adjecta facit speciem de-
generare in quantitatem. Mev. P. 2. Dec. 232.

Exempl. ita ergo si alicui bovem debuerim,
pro 10 solidis, potero illum compensare cum 10
solidis mihi ab altero debitis.

Limita, ut procedat, si æstimatio venditionis
gratiâ facta. arg. l. 10. C. de Jur. deb. ut si adjecta
actui,